

Mercado in tract. de ratos, y contratos, lib. 2. cap. 13. del mercader. y vender al fiado, per totum, Cordub. supra q. 84. in 2. opinion. vers. Tam poco justifica, Mnoch. de arbitrar. cas. 19. num. 2. ubi de probatione lucri cessantis, Rebell. de quest. 11. num. 3. Molin. d. disp. 355. num. 4. Dicastill. sup. disp. 2. dubit. 6. n. 63. Idem est, racione damni emergentis, et proxime laudari tradunt, & Dicastill. disp. 3. dub. 6. num. 64. Leotard. d. quest. 24. num. 13. Card. Lug. d. disp. 26. sect. 7. n. 104. vers. Tertio, certum videtur.

Ibi: Quibus omnibus illud adiciendum est.

59 Tuta conscientia emuntur merces anticipata solutione minoris, quam tempore contractus communiter venduntur, modò dubitetur, nam die traditio nis plus, minusve valebunt, quam inter contrahentes convenit: unde si Aprilis valeat faneca hordei nummis duodecim, poterit ad rationem octo anticipata solutione emi, conferendo traditionem in Augustum, modò eò loci hordeum aliquando plus, aliquando minoris tempore messium colligendarum venire solet; Guttier. num. 46. Bolanos dict. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 16. Sot. d. lib. 6. quest. 4. art. 2. Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 115. Romuald. Col. tract. empt. cum pretio anticipato, cap. 2. num. 6. Azor. part. 3. lib. 8. cap. 9. qu. 4. Trullench. supra, an. 9. n. 4. Matienç. in l. 17. glos. 2. n. 2. tit. 1. lib. 5. Recopi. at.

In quo est advertendum, quod cum aliquid emitur anticipata solutione, justum pretium non est, quod currit tempore contractus, sed traditionis rei, d. cap. 1. avigami, §. 1. de usur. Sanch. d. dub. 16. n. 1. Sot. supra art. 1. vers. Secundo vid Sylvest. verbo Usura, 2. quest. 1. dicto 1. Mercado de contractib. lib. 2. c. 12. Medina de restitut. 38. causa 6. vers. Est itaque. Ratio est, nam cum res maneat propter usum, & tunc veniant in usum venditoris, quando traduntur, justum est ut pretium est, quod eo tempore valent. Sed hæc locum non habent, cum quis fructus aliquid vineæ, vel oliveri, pendentes emat; nam etsi in futurum eos sit percipitur, statim dominium eorum nanciscitur, nec hæc venditio anticipata solutione fieri dici potest, atque ita justum pretium erit, quod tempore contractus valent, ut advertit Trullench. ubi proxime.

60 Est apud nos, l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. qua prohibetur emptio frumenti, anticipata solutione, a quo pretio, quam quod valuerit, quinde in diebus ante, vel post Natalem Deipæ in oppido, cujus jurisdictioni locus subijcitur, in quo frumentum vendi debet, ut notat Matienç. & Azeved. ibi Guttier. supra, num. 48. ubi ait, illud esse justum pretium, quod diutius intra illud temporis lege præscripti frequentatur; quamvis Matienç. putet, terminum illum non esse observandum, sed à die decimaquinta Iulii, usque ad decimam quintam Augusti; à quo Azeved. dissentit. De hoc multum corate non est necesse, cum eam constitutionem observari nunquam videamus, etsi frequentissime agricolæ præ inopia fructus, anticipata solutione distrahant; sed prout de pretio paciscitur, ita adimpletur. At anticipata frugum emptio plaribus diversorum Principu consuetudinibus vetatur, ut iniquitatis occasio, & Reipublicæ nociva; notat Leotard. ex num. 36.

Ibi: Sic etiam licitum erit.

61 Quando absque usura vel injustiæ labe possit vetus triticum dari, ut tantumdem ex novo recipiatur tempore messium colligendarum, vel alio ex sequentibus assertio nibus apparebit. Prima sit, frumentum vetus eriam pessimum justè pro novo in futurum solvendo permutatur, cum illud tantum valer traditionis tempore, quantum hoc, quando reddendum est; nam etsi mutatur melius frumentum recipiat, quam dedit; nisi amplius lucri consequitur, si quidem juxta communem æstimationem pro temporum diversitate tantum præstitit, quantum sibi restituitur.

Secunda, hæc ipsa permutatio similiter est permilla, si dubitetur, an novum frumentum plus, vel minus sit valiturum tempore solutionis, quam vetus, cum contrahitur; nam qui mutuat lucro, & damno se exponit; unde si faue-

ca tritici veteris viginti nummis cum traditur communiter æstimetur, dubium sit, num novum tempore ad solutionem destinato sedecim, aut viginti quatuor valebit; æquissimè de eadem quantitate tritici reddenda paciscitur; nam medium pretium eligi debet. Nec casibus istis requiritur, quod dominus vetus frumentum esset servaturus necessaria, quia ea conditio solum desideratur, cum aliquid ultra pretium justum currens tempore contractus accipitur, eo quod res in futurum plus venire potest, d. c. in Civitate.

Tertia, quoties certum est, frumentum novum plus habendum, quam vetus, cum mutatur, usurarium erit de restituendo tantumdem pacisci.

Quarta, si probabilis sit plus valiturum frumentum solvendum, quam vetus mutatum in præsentem vendi posset, eodem modo usura committetur.

Quinta, si mutatur esset frumentum vetus servaturum in aliud tempus; quo plus valeret, quam cum tradit tradit æstimabitur, quanti tunc vendi posset, detracto aliquo, ratione periculi, & expensarum, quas, ni mutaret, esset facturus; juxta quod computabitur, an novum frumentum plus vel minus valeat, quam vetus.

Sexta, usuram perpetrat, qui mutuat frumentum, ut tantumdem cum plus fuerit, sibi reddatur. Ita docent Bonac. cin. disp. 3. q. 3. de mut. & usur. n. 19. 20. 21. 26. ubi plures Rebell. lib. 8. q. 8. n. 6. Molin. disp. 311. Pet. Navarr. d. lib. 3. c. 2. n. 262. Lel. d. lib. 2. c. 20. dub. 7. n. 52. Azor. part. 3. lib. 7. c. 7. q. 5. Navarr. in manual. c. 17. num. 24. Guttier. d. c. 39. n. 56. Cujus doctrina ex parte non placet, quatenus ad justitiam hujus contractus dicit attendendam qualitatem frumenti, & intentionem mutuantis: nam ut ex DD. allegatis colligitur, solum est inspicienda æstimatio ejus, quod mutatur, & redditur, ut dignoscatur, an usurarius contractus sit: cum usura in eo consistat, ut quid pretio æstimabile ultra sortem mutuum accipiat; quod non contingit, cum utriusque frumenti idem est valor, etsi plurimum inter se quoad qualitatem differant. Imò si minus novum valiturum sit, quam vetus tempore contractus æstimatur, convenire licet, ut plures fauore restituantur, quam mutuo fuerint acceptæ, Guttier. num. 52. apud quem Medina, Contr. de contractib. q. 35. concl. 5. Rebell. ubi proxime, Sylvest. verbo Usura, l. 9. 16. Navarr. d. 17. n. 225. Illud etiam adiciendum est, usurarium esse dare frumentum, ut certo tempore tantumdem, vel pretium conventum prout maluerit, qui mutuat, reddatur; Dian. d. tract. 6. resolut. 2. vers. ultim. Rebell. d. lib. 9. q. 1. n. 11. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 1. diff. 6. num. 3. Quæ vidimus de frumento, æque admittenda sunt de oleo vino, & aliis, in quibus mutuum consistere potest, quia functionem recipiunt in genere suo, ut ait Consultus in l. 1. §. Mutui dari, ff. de reb. credit. De quibus novissime Dicastill. Videndus d. lib. 2. tract. 10. disp. 2. dub. 2. per tot.

Ibi: Alia perfectio latrocinii genus.

Vendite merces credita pecunia, ut eas iterum vendi, vel per alium, improbatum, ac execrabile negotiationis genus est: Hispaniè, Mohaira, Italicè Stochi, & bischoi, & repicollis, Gallicè vente, & veven, nuncupatur, ejusque meminere, Guttier. num. 71. Rebell. d. lib. 9. quest. 7. num. 7. Bolan. d. cap. 1. num. 27. Navarr. d. cap. 17. num. 142. Trullench. supra, cap. 20. d. b. 16. Azeved. in l. 21. num. 8. tit. 11. lib. 5. Recopilat. ubi Matienç. glos. ult. Molin. disp. 310. ex num. 4. Cordub. in suis question. quest. 76. vers. Lo segundo, Dicastill. disp. 2. dub. 13. a num. 156. Leotard. d. quest. 24. num. 15. ubi plures Cardin. Lug. sup. disp. 26. num. 204. & alii statim referendi: quo delictum improbatum, ac coercetur, l. 29. tit. 4. lib. 3. & l. 22. tit. 11. lib. 5. Recopi. at. Cyriac. contrav. 169. num. 8. Caball. resolut. crimin. cas. 188. num. 7. part. 1. idem latrocinium admittunt, qui merces ab egenibus emunt exiguo pretio, ac postea, credita pecunia, carius usura justum valorem eisdem emptas revendunt. Leotard. cum aliis, num. 26.

Aliquando tamen talis contractus non erit usurarius, sed licitus, si condiciones quadam adhibeantur. Prima, quod

quod cum primùm merces venduntur, justum pretium non excedatur ob dilationem solutionis, S. c. d. 4, ut idem servetur in retrovenditione; sic poterit mercator vendere pretio supremo, & infimo redimere absque usura; vel injustitia, Tertia, non debet apponi pactum primo emptori, ut iterum venundare mercatoris teneatur. Quarta, quod cesset scandalum, quod ex hujusmodi conventioibus oriri potest, cum sint de usura valde suspectæ, Binacin. d. disp. 3. q. 2. punct. 3. n. 10. Gutier. n. 72. Diana part. 1. tract. 8. resolut. 33. Molfel. in summ. tom. 2. tract. 12. c. 5. n. 11. Layman. in Thologia moral. lib. 3. tract. 40. cap. 16. n. 16. Azor. part. 1. lib. 3. cap. 9. af. 8. Lels. d. cap. 21. num. 130. Dicastill. num. 117. 161. Card. Lug. sup. num. 206. Imò si mercator intentione sincera merces vendat ad creditum, permittitur eas ab emptore redimere pro pretio, quod alii cuilibet justè venderent, etiam multo minoris emat, quam vendidit; Navarr. in manual. c. 23. num. 91. Rebell. ubi supra, Emman. Rodrig. in summ. tom. 2. q. 85. num. 9. Sylvest. in summ. verbo, Usura 2. q. 4. Garcia de contractib. ap. 21. pag. 597. Marecard. cod. tract. lib. 2. cap. 21. Guttier. de delict. q. 88. n. 3. De quo videas, Card. Lug. n. 206. cum seqq. ubi docet intentionem redimendi merces viliori pretio, non efficere hunc contractum illicitum, A quibus abstinentium ob periculum admonet Leotard. n. 28.

Ad num. 7.

65 Vendens carius justo pretio ob dilationem solutionis, usura reus sit; quemadmodum, & qui propter anticipatam solutionem vilius emit infra latitudinem justè pretii; nam etsi absque mutuo usura reperiri non possit, sub venditione mutuum virtuale, sive palliatum in his casibus continetur, quo & ipsa usura palliatur; nam venditor justum pretium sub usuris in tempus solutionis censetur mutare, & emptor anticipatè pecuniam tradens, eam utique similiter dicitur mutare; & usurariumque nomine percipit, quod justo pretio accepit, Ita Bonac. cin. d. quasi 3. d. mut. & usur. punct. 1. n. 4. vers. Tertium, Molin. disp. 313. Guttier. d. c. 39. n. 22. Dicastill. d. conf. 111. num. 2. Abbas in d. c. in civitate, n. 6. Ugolin. de usur. 398. n. 1. Sot. d. lib. 6. q. 4. a. 1. Ludovic. Lop. de contractib. lib. 1. c. 36. vers. Igitur jam expeitur, Pet. Navarra d. 1. n. 13. 99. Azor. part. 3. lib. 8. c. 8. Cyriac. contrav. 169. num. 5. latè Leotard. de usur. q. 24. ex num. 2. Cardin. Lug. sect. 7. n. 104. vers. Quinò autem.

66 Ut autem contractus in foro exteriori usurarius iudicetur, probare non sufficit, rem esse venditam, pecunia cre dita, supra justum pretium, vel infra illud, anticipata solutione, fuisse comparatam; sed necesse est, quod constet, excessum, aut deminutionem justè pretii ob dilationem, vel anticipationem solutionis contingisse; cum sæpè contrahentes, merce, & pretio statim tradito se circumvenire soleant; quod etsi injustum sit; ad usuram non pertinet: quare credens merces poterit aliquid sua industria, & arte ultra justum pretium extorquere; non qui fidem de pretio habet, sed quoniam ita conventum est, ac si pecunia illicò foret numerata: quam sententiam expresse tenent in d. cap. in civitate, ubi licet autem contractus hujusmodi ex tali forma non possit conferri nomine usurarium. In foro verò animæ, ex intentione contrahentis iudicabitur, an usura fuerit commissa; Guttier. n. 14. Abbas jur. c. num. 5. Cyriac. d. contrav. 169. num. 15. Cened. ad Decretal. collectan. 47. num. 3. Aug. Barbof. in collectan. ad c. consulu. n. 5. de usur. Leotard. n. 18.

67 Quod quidem absque distinctione procedit, si res vendita in pondere, numero, vel mensura consistat, siue non; prout præfati DD. loquuntur, maxime Guttier. supra, a. 17. ubi Baldi differentiam pluribus fundamentis merito refellit, post Laurent. de Rodul. de usur. part. 2. in reposit. d. cap. consulu. in 4. opposicione, n. 9. Deci supra, n. 11. in fine, & cons. 119. n. 3. Socin. cons. 88. n. 12. 15. vol. 4. Dicastill. disp. 2. dub. 6. n. 66. Leotard. de usur. qu. 24. n. 10. licet Menchac. lib. 3. contrav. usus sequent. c. 50. num. 5. & c. 60. num. 19. cum Ancharrano, & aliis Baldum sequatur; iura enim in venditione non committitur circa rem ven-

ditam, sed circa pretium, in quo mutuum virtuale contrahitur, ut dictum est proxime: quare nihil interest, quid fuerit venditum, ut contractus usurarius censetur. Illud autem discrimen; scilicet, quod in rebus, quæ functionem recipiunt in genere suo mutuum possit consistere, quod ad usuram desideratur & non in aliis, attendendum non est, cum venduntur, quia non redditur tantumdem in genere suo, sed pecunia pro vino vel tritico datur.

Possit tamen distinctio Baldi sustineri quoad res fructiferas, si ratione fructuum; quos emptor est percepturus, dum pretium non solvit, carius ad creditum vendantur, quod absque crimine fieri posse videtur, ex l. curabit. §. C. de action. empt. de qua D. Covarr. infra lib. 3. c. 4. per totum; licet enim controversum sit, an, data dilatione ad solvendum pretium, præfata constitutioni sit locus; communiter placet, posse venditorem de usuris compensatoris pacisci, dum pretium non solvitur, quamvis, si id omittat, agere ex ea lege non possit, ut videre licet apud D. Covarr. supra, num. 5. Mozz. de contractib. tract. de empt. & vendit. tit. de substantia lib. empt. num. 30. Fachin. contrav. lib. 2. cap. 32. colum. 2. vers. Tertio contravertitur, Rodrig. de annis redditib. lib. 3. quest. 7. num. 78. Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. numer. 38. Gratian. d. sep. cap. 523. num. 13. Scaccia de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 8. a numer. 132. Hermosill. in l. 28. glos. 2. ex n. 45. tit. 5. part. 5. Leotard. num. 14. Undè, quod ultra justum pretium accipitur, non est ob dilationem solutionis, ex quo usura committitur, sed ob fructuum compensationem, usura autem compensatoria omni jure sunt licite, D. Covarr. num. 2. in rebus verò sterilibus, titulus hic ad excusationem usurarum non reperitur. De quo videas Dicastill. supra, qui hanc limitationem rejicit, & ab omnibus explodi testatur.

Ad Num. 8.

68 Venditor, ut possit agere ad contractus rescissionem, ex d. l. 2. minus, quam dimidiam partem justè pretii accepturus est; veluti si pro re valente centum, nec quinquaginta sibi præstentur: Emptor verò dicatur ultra dimidiam læsus, cum pro re, quæ viginti æstima ut, aliquid præcet ultra triginta, ut habetur in l. 5. tit. 5. part. 5. & in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Card. Lug. sect. 6. num. 79. Molin. disp. 349. n. 2. Petr. Greg. d. c. 24. n. 13. Dicastill. n. 305. cum seqq. Hermos. in d. l. 56. glos. 8. n. 29. Escob. de ratiociniis lib. 2. comput. 6. num. 4. Cevall. q. 536. num. 9. 10. Rebuff. ad leg. Gall. tom. 2. tract. de resis. contract. art. unic. glos. 15. à princip. Guttier. practica. lib. 2. q. 137. per totam. Anton. Gom. d. c. 22. Scaccia d. part. 3. amp. 1. a. 10. num. 6. Franchis decis. 243. numer. 2. Barbof. in collectan. ad d. l. 2. num. 107. cum sequentibus, & ita est tenendum, etiam de iure communi, ac Partitum; quamvis l. 16. tit. 1. part. 4. probet, tunc emptorem censeri læsum ultra dimidiam, cum pro re valente decem viginti, & amplius solvit; & ita de jure communi defendunt Anton. Faber, de errorib. dec. ad. 8. error. 7. in fine, Fachin. d. lib. 2. cap. 16. Rodrig. supra, quest. 11. num. 18. latè Cyriac. tom. 3. contrav. 423. per totam. ubi pro hac, & contraria allegat. De quarum legum conciliatione tractant Anton. Gom. Escob. Hermos. ubi proxime, Padilla in d. l. 2. num. 40. Azeved. in d. l. 1. Recopilat. num. 10. Mexia de taxa pan. conc. 3. num. 42. & in l. Toletii, in respons. ad 6. & 8. part. prima fundamentum, n. 61. in fine, qui d. l. 16. emendat; inter quam, & d. l. 56. manifesta est antinomia.

69 Est hic animadvertendum, quod supra tetigimus, læsionem ultra dimidiam respectu venditoris esse considerandam juxta pretium infimum; nam cum justum sit, in ra illud læsio contingere non potest: quoad emptorem verò, ex eadem ratione juxta supremum. Hinc est, quod, si res valens novem infimo pretio, decem medio, & undecim supremo, veneat pro quatuor, & dimidio, venditor non censetur ultra dimidiam læsus; nec emptor, si pro eadem re sedecim, ac dimidium numeravit, Hermos. d. glos. 8. n. 43. Matienç. in d. l. 1. glos. 2. n. 48. Valac. cons. 44. num. 3. Molin. Card. Lug. ubi supra, Felician. supra, tom. 2. lib. 1. cap. fin. numer. 18. Dicastill. num. 303. 304. licet Salon. de just. & jur. tom. 2.



1. m. 2. quest. 79. art. 1. contravers. 17. Scaccia d. ampliat. 10. num. 40. putent, lationem a medio pretio tam quoad venditorem, quam quoad emptorem esse computandam, quod probabile videtur.

71 Pretium justum rei venditæ illud dicitur, quod tempore contractus valuit, nec si postea accreverit, vel decreverit valor, ad rescissionem contractus prodest. l. 1. i. 11. lib. 5. Recopi. ar. l. 3. §. ultim. ff. de jur. fisc. Canc. variat. part. 1. cap. 13. num. 12. Barbol. in d. col. eclan. ad l. 2. n. 108. Pet. Greg. d. lib. 2. cap. 14. num. 7. Dicastill. num. 302. & disp. 2. num. 105. Molin. disput. 349. num. 3. Hermosol. omnino videndus plures ampliationes, ac limitationes adducens in d. l. 5. glos. 5. per totum, ubi DD. refert, quia læsus dici nequit nullus, ubi æqualitas inter acceptum, & datum servatur; & quæ postea eveniunt, ad contractum non pertinent, ut cum injustum faciant; cum post perfectam venditionem utriusque contrahentis consensu, damnum rei venditæ, & commodum ad emptorem spectet; §. Cum eum; Instum. de empt. l. id. quod 7. ff. de pericul. & comm. res. vendit. l. sicut periculum 12. C. de acti. n. empt. l. 2. 3. tit. 5. part. 5. Molin. disp. 349. num. 3. de quo sup. num. 19. quæ bene explicat Card. Lug. disp. 6. num. 216. 217. allegans; justum pretium esse, quod currit cum contrahitur, si res statim tradenda sit; sed; si in futurum traditio confecturatur, habetur ratio pretii, quod tunc currit; atque ita constituitur æstimatio secundum id, quod tempore contractus res cum ea qualitate valeret.

Ad Num. 9.

72 Emptor conventus ex d. l. 2. si justum pretium supplere teneat, rem cum fructibus omnibus perceptis restituere compellitur, secundum Menchac. supra lib. 3. q. 71. num. 2. Matienç. in d. l. 1. glos. 5. à n. m. 7. Ioan. Garcia de nobilita. glos. 6. §. 1. m. 6. & de expens. cap. 23. m. 58. Mozz. supra. tit. quib. casib. empt. annullat. num. 26. Morla d. tit. 9. quest. 21. a num. 2. Berolin. cap. d. nostram. num. 25. de empt. Ant. Gom. in l. 70. Tauri. num. 29. vers. Confirmatur, quia facta, Greg. Lop. in d. l. 56. glos. 8. & alios.

73 Sed contrarium, scilicet, non teneri ad restitutionem fructuum ante liti contestationem perceptum, verius, ac multo receptus est; Dicastill. num. 328. Anton. Gom. d. cap. 2. num. 24. Pinell. in l. d. 2. part. 2. c. 4. a n. m. 1. Egid. in l. e. h. e. iure part. 1. cap. 8. num. 114. cum a iis. ff. de just. & jur. B. n. acti. d. q. 2. de emp. p. ut. 7. num. 9. Azaved. in d. l. 1. Recopiat. num. 25. Scaccia d. ampliat. 10. num. 39. vers. Secunda opinio, Ceval. 9. 536. n. 20. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 36. d. i. 21. 26. 31. 32. Guttier. practica. r. lib. 2. quest. 134. m. 1. Mago. Florent. decis. 23. num. 7. 8. Mer. ad. sup. tit. de vnder. 5. contra al. cortendo, cap. 11. Hermosol. in d. l. 56. glos. 8. num. 3. Molina d. disput. 349. num. 12. Card. Lug. d. num. 79. Franchis decis. 495. num. 3. Padilla in d. l. 2. n. 50. Gamma decis. 94. num. 2. Jacob. de Laurent. de iudicio sus. pect. cap. 16. num. 93. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. verbo; implorare. num. 13. vers. Contra quam, & in fine versicul. Sed. adverte, Fachina. supra. lib. 2. cap. 24. Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. ubi part. 5. §. 16. m. m. 12. Cremenf. in d. l. 2. col. 19. Felician. tom. 2. lib. 1. cap. 13. n. 2. in fine. & num. 4. Cardos. in prax. judic. verbo; fructus, n. 10. Rebell. d. part. 1. lib. 7. quest. 4. num. 9. vers. Contrariam tamen sententiam, Valasc. cons. 163. num. 12. Fontanela de pact. nupt. 10. 2. claus. 7. glos. 2. part. 5. c. 30. Cancet. part. 1. cap. 13. num. 48. Cened. collectan. 158. num. 4. q. od restringunt Card. Lug. Dicastill. Molin. & alii ad fructus correspondentes pretio soluto, de qua limitatione dubitò.

74 Pro qua omnino tenenda sententia multa faciunt, quorum nonnulla referre libet. Primum, quia cum ea constitutio juris antiqui sit derogatoria, ut dictum est supra, num. 19. strictè est accipienda, nec debet, ultra quod expressum est, ampliari, cum legum correctio, quoad possit, sit fugienda: Anthem. de admirisramibus esse. in fine, coliat. 3. l. sancimus 27. C. de testamen. Bald. & DD. in l. 3. §. Hac. verba, et 2. ff. de negot. gest. Carleval. de iudic. tom. 2. tit. 3. disp. 5. n. 3. Sed emptor ante eam constitutionem, rem, & fructus ex venditione, in qua interveniebat lætio ultra

dimidiam, retinebat; dixi sup. num. 16. ergo cum lex solum præcipiat rem reddi, nihil de fructibus statuet, quoad eos jus antiquum erit observandum, in cuius dispositione hoc, tanquam casus omisus, relictum est, l. præcipimus 32. C. de appellat. ubi notatur.

Nec obstat, quòd cum lex jubeat rem reddi, videtur velle, fructus quoque restitui, argumento l. videamus 38. §. In Fabiana. ff. de usur. l. in condemnatione 133. §. 1. ff. de reg. jur. Nam respondetur, ea jura loqui, cum Legislator verbo, restituere, nititur, quod ex vi propria significationis ad fructus extenditur; quia restitutio est in pristinum statum restitutio, ac nihil intercessisset, quod si minor 24. §. Restitutio ff. de minorib. at in d. l. 2. tali verbo Imperatores non utuntur, sed venditorem alloquentes ajunt: Fundum venditatum, recipias, ut prænotavit Pinellus, ubi proxime.

Secundum, naturali ratione quidquid ex rebus dominio nostro subiectis nascitur, nostrum est, l. Item. Pomponius scribit si frumentum 5. §. Idem scribit, si equum. ff. de rei vendic. §. Item ea. qua ex animalibus. Si Tuius alienam. Inst. de rei divois. At emptor, etiam ubi lætio venditoris ultra dimidiam intervenit, dominus rei venditæ per traditionem efficitur, l. dolus 10. ubi DD. C. de rescind. vendit. prout supponit D. Covar. in præsentia, & rinellus, supra num. 13. & omnes concedunt. Igitur ad eundem naturaliter debent pertinere.

Tertium, secundum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi, quem incommoda comitantur, l. secundum naturam 10. ff. de reg. jur. cap. qui sentit 55. od. tit. in 6. l. 2. §. Si cuti. ff. de hæred. vel acti. vend. Sed rei periculum emptor sustinet, ut compertum est; ergo fructus lucrari debet.

Ultimum, æquitas non patitur, ut contrahens simul rei pretio, ac fructibus potiatur, l. curabit 5. C. de action. empti. l. Julianus 14. §. ex vendito. ff. eod. Sed si in casu nostro fructus venditori restituerentur, relicta venditione, hoc eveniret. Imo major iniquitas sequeretur; siquidem venditor fructuum utilitatem, ac commoditatem pretii eodem tempore habuisset, emptore tunc rei venditæ periculum sustinente, ergo iustitiæ non congruit, fructus restitui. Quæ ratio evidenter convincit, latem eo jure, quo usura sunt vetitæ; cum non possit emptor interesse pro usu pecuniæ à venditore postulare, quod n. de D. Covar. advertit. Ex quibus maxime magis con suis opinio iuacetur.

Nec refragatur, quod D. Covar. pro contraria considerat: quoniam in d. l. 2. nulla conceditur ex rigore restitutio, sed humanitate suadente, ut ibi dicitur, contractus quasi ex nunc rescinditur, nec beneficium rei venditæ oculos, quæ consilio in ea decisione verbum, ibi restitueret, adjectum non est. Et exemplum, quod de minore auctur, diverti rationem habet; nam ei jura impensè subveniunt, ne ex lubrico ætatis consilio sentiat detrimentum, adeoque restitutio cum fructibus conceditur, d. l. quod si minor. §. Restitutio. In majoribus autem lætis, illa favorabilis causa non invenitur. Dissimilis etiam ratio datur in redhibitoria actione, quæ competit emptori intra semestre ad rescindendum contractum propter rei venditæ vitium, quod non fuit per venditorem declaratum; pertinètiq; ad mancipia, vel animalia vendita, de qua in l. l. adiles ajunt 38. ff. de rei. in. edict. necnon ad alia, tam mobilia, quam in mobilia, l. etiam in fundo 49. ff. eod. de qualitate Hermosol. in l. 64. & 65. tit. 5. p. 5. Petr. Gregor. syntagma. lib. 2. cap. 20. 21. In ea igitur actione veniunt fructus, quoniam emptor voluntariè contractum impugnat, quare nihil ex eo debet retinere; ut in simili docent Guttier. d. qu. 134. num. 4. Ceval. quest. 763. num. 45. Hermosol. in d. l. 56. glos. 8. num. 6. Secus in specie, de qua agimus, cum emptor adversus contractum ultro non veniat, sed à venditore vexatus mavult rem restituere, quam pretium supplere.

Magis urgere videtur l. 1. C. si maj. factus alienat. sine decreto rei. habuerit, ubi expressim deciditur, venditione propter lætionem rescissa, emptorem teneri ad supplementum pretii, vel ad rem cum fructibus restituendam. Pro cuius intellectu supponendum est, legem illam fuisse à Gordiano Imperatore, qui ante Diocletianum, & Maximianum, d. l. 2. conditores, occupavit Imperium; atque

que ita illa decisio ad hanc non pertinet, secundum jus antiquius est interpretanda, quo, ut dictum est, majoribus lætis etiam ultra dimidiam, nullum remedium comperebat. Quo cognito dicendum est, in eo textu tractari de restitutione in integrum, quæ minoribus datur, quæ cum fructibus est faciendâ, ut notavimus supra lib. 1. cap. 3. num. 4. Nec refert, quod læsus major factas alienationem raram habuerit, ex quo tanquam minor; ad restitutionem admittendus non erat, sed ut læsus ultra dimidiam: quoniam, ut Guttier. dict. quest. 134. num. 2. ait, ratihabito illa sustulit vitium defectus solemnitatis, quia prædium sine decreto fuerat alienatum; non vitium lætionis, quam ratificans ignoravit; nec consensus ad incognita potuit tendi: l. tres fratres 36. ubi Gloss. ff. de pact.

Modò superest difficultas; unde provenit, quod emptori concedatur electio supplendi pretium, aut rem restituendi, quod proprium est d. l. 2. Et eundem ab alio juris principio dimanat, quoties enim minor restituitur, non quia sua non intererat vendere, sed quoniam in pretio fuerat læsus, minime permittitur rem præcisè avocare ab emptore, sed huic electio restituendi rem cum fructibus minori, aut pretium (supplendi conceditur: quod observavimus cum multis, supra, d. c. 3. n. 39.

79 Quod si aliquis replicet, in eo textu nullum verbum de restitutione reperiri; imò ex ejus serie colligi posse, factum antiquum fuisse, atque ita tempus ad restitutionem postulandam esse præscriptum; intellectum alium eidem constitutioni aptabimus asserentes, nullum vitium per ratihabitionem fuisse sublatum, cum dolo inductas major raram habuisset; quare ob defectum solemnitatis alienatio nulla permansit, secundum quæ actor poterat ad rem agere, ipse tamen precibus supplementum justii pretii postulabat, ut patet ibi, Non verba erit, suæ suam pretii in comp. ut a nem. ad. c. i. Quæ verba ad petitionem supplicantis referuntur; sed cum nullo jure ad hoc præcisè compelli possit emptor, cum olim neque hodie nemo ad pretium supplendum necessariò teneatur propter lætionem, ideo electio ei datur, ut si velit, pretium suppleat juxta actoris petitionem, alioquin rem cum fructibus restituat, ad quod de jure cogi poterat, cum contractus fuisset nullus, in quo defuit decretum judiciale.

80 Et licet videatur, audiendus non esse actor petens pretium suppleri ex contractu nullo, cum actionem non habeat, sine qua in iudicio nullus admittitur, diximus supra lib. 1. cap. 6. num. 6. Certum est, potuisse ex vendito agere, suo consensu reddens contractum validum; nam cum nullitas actus favore alicujus inducitur, est ipso volente, validatur: Ant. Gom. dict. cap. 2. n. 21. in fine, probavimus supra, d. l. 1. cap. 20. num. 17. tamque nullitas alienationis rerum immobilium minoris absque decreto ejusdem favore respiciat, l. 1. & per tot. ff. de reb. eorum, poterit, ipse, ejusve successor alienationem nullam validare: quare quasi ex contractu valido, in d. l. 1. actor petebat, sibi pretium justum suppleri. De aliis intellectibus ad eam constitutionem agit Guttier. dict. quest. 134. n. 2.

Licet autem, ut hucusque ostendimus, emptor non teneatur ad fructuum restitutionem, si rem elegerit læso reddere; aliud dicendum est, cum emptor ipse, se deceptum ultra dimidiam dicens, ad contractus agit rescissionem: nam si venditor voluerit accipere & pretium reddere, fructus quoque cum re restitui debent; nam cum ipse emptor contractum impugnet spontè, omni commodo privandus erit, Guttier. supra. num. 4. Ceval. ubi proxime, August. Barbol. in collectan. add. l. 2. num. 86. Franchis decis. 495. n. 6. Pinell. part. 2. cap. 4. num. 28. Panorimitan. in cap. illo vis, num. 6. de pignoris. Burg. de Paz in cap. ad nostram, num. 26. de emp. & vend. Hermosol. latè. d. glos. 8. num. 6. ubi limitationes & ampliationes tradit, contra quos tenet Dicastill. num. 325.

Ad Num. 10.

81 Præmittendum est, ex d. l. 2. non officium Iudicis, ut voluerit aliquis, sed actionem, personalem competere, Anton. Gom. d. cap. 2. num. 22. vers. Item adde, quod remedium Bart. in d. l. 2. q. 1. Pet. Greg. d. cap. 24. num. 7. Parlador. different.

114. n. 5. Hermosol. cum aliis, in d. l. 56. glos. 7. n. 38. Ceval. d. q. 536. num. 13. Bald. de. præscripti. part. 4. partis quari. a principalis, n. 26. Quæ regulariter in tertium possessorem non datur, l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt. Pinell. in d. l. 2. part. 2. cap. 1. n. 30. Hermosol. alios referens, ubi proxime, & diximus supra, lib. 1. c. 8. n. 3.

Hæc tamen juris regula fallit aliquando in casu d. l. 2. Primum, si à primo emptore tertius possessor rem, circa quam lætio intercessit, titulo lucrativo comparaverit; nam tunc eo remedio adversus ipsam poterit experiri: Padilla, ibi, n. 9. vers. Sed contra Tertium, Pereira de Castro, decis. 15. num. 2. vers. Non obstat. Hermosol. ubi proxime, n. 45. Felician. supra. tom. 2. lib. 2. c. 1. in fine, Ceval. q. 443. n. 6. Gamma decis. 21. num. 1. August. Barbol. in d. collectan. d. l. 2. n. 536. Matienç. in d. l. 1. glos. 8. n. 24. Dicastill. nu. 309. Mo in. disp. 349. n. 4. quicquid sentiant Pinell, supra, n. 32. Fachin. d. lib. 2. c. 18. in prin. ipso.

Secundò fallit, cum tertius possessor rem injusto pretio emit à primo emptore, cum eadem se licet læsione ultra dimidiam; Felician. supra. num. 5. ad finem, Cachetan. decis. 65. num. 9. Arimin. Tera. variat. sentent. tom. 2. tit. 403. cap. 7. vers. Remedium, Pinell. num. 31. Ceval. supra, Tiracuell. in l. si inquam, verbo, revertatur, num. 329. C. de revocand. donationib. Matienç. supra, Franchis, decis. 665. num. 6. Hermosol. num. 44. Giurba. decis. 107. n. 16. Aug. Barbol. num. 134. Alii casus proponuntur, paulò inferius, cum D. Covar. ad vers. Tertia conclusio. Sed ut totus possessor convoniat, prius excutienda sunt bona primi emptoris, & cum solvendo non fuerit, actio in subsidium contra tertium possessorem conceditur: Flores de Mena in adotti. m. ad Gamma. decis. 21. Ceval. Pereira Barboza, ubi proxime, Hermosol. n. 48. Roderic. Xuar. allegat. 21. in fin. Cancet. p. 1. cap. 13. num. 31. Et si Gamma, d. decis. 21. ut excussionem non prærequiri teneat.

Vel. Secunda conclusio.

Tertius possessor, qui rem absque læsione ultra dimidiam habuit, remedio d. l. 2. vexari non potest, Hermosol. 39. Ceval. n. 7. Cagnol. in d. l. 2. n. 114. 120. Pinell. d. c. 1. n. 30. Padilla nu. 36. vers. Secunda conclusio. Anton. Gom. d. n. 22. vers. Item adde quod si res sit. Barbol. n. 133. Ant. Gabr. d. tit. de emp. conclus. 1. n. 24. limit. 2. Mozz. d. r. ut de emp. n. quib. mod. annull. emptio. n. 15. Molin. d. disp. 349. n. 4. Giurba. supra. n. 26. Colta in l. Gallus §. Et quid sit actum, n. 46. ff. de liber. & posthum. V. d. decis. 430. n. 4. 6. Marc. q. ubi proxime, Pet. Barbol. in l. divorcio, §. Si fundum, n. 33. ff. de i. m. marim. Cancet ubi proxime, Quod procedit quamvis primus emptor solvendo, non sic Hermosol. cum aliis, n. 40.

Vel. Tertia conclusio.

Qui sciens lætionem ultra dimidiam intervenisse, emit à primo emptore, ex d. l. 2. in subsidium tenetur, licet justum pretium numeraverit, August. Barbol. n. 135. Ceval. n. 8. Franchis. n. 6. Fachin. d. c. 18. vers. Quod si p. oportetur, Giurba. n. 6. in fine, Felician. d. c. 1. n. 2. Matienç. d. n. 24. vers. 2. Si tamen. Tertio, Pinell. d. c. 1. n. 32. Cagnol. n. 144. Hermosol. n. 41. Dicastill. n. 309.

Præterea idem juris erit, cum, licet jam cum primo emptore contestata super contractus rescissione, aliquis, sive sciens, sive ignorans, rem liti suppositam comparaverit; nam ex ea constitutione convenietur. Hermosol. num. 42. Cachetan. decis. 65. n. 13. Barbol. in d. collectan. n. 137. Simili motu, ubi enormissimè fuit læsus venditor, agere contra Tertium poterit possessorem, Hermosol. n. 43. Roderic. de ann. redd. lib. 1. q. 14. n. 62. Franchis supra, n. 7. Barbol. n. 138. qui advertit, in hoc casu non desiderari bonorum primi emptoris excussionem, etsi in aliis omnibus supra dictis sit necessaria; Hermosol. n. 49. ubi notat, non excusari tertium possessorem ignorantia lætionis, nisi quando solum ob scientiam convenitur & n. 51. docet cum aliis, quòd cum tertius possessor conveniri potest, discussione præmissa, licet simul in eodem processu tam contra illum, quam contra primum emptorem causam tractari, & una sententia